Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319018

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

22

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

BERNARDUS JOHANNES VAN DIJK,

RHENO-TRAJECTINUS.

DIE XII M. FEBRUARII A. MDCCCLIII. horâ II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD L. E. BOSCH ET FILIUM.

MDCCCLIII.

THESES.

I.

In L. 22 pr. D. ad municipalem (50. 1) legendum est: filii libertorum, libertorumque liberti, paterni et patroni manumissoris domicilium aut originem sequuntur.

II.

Venditione facta cum in diem addictione, primus emtor debet plus offerre quam secundus, si hunc vult vincere.

III.

Verba in L. 72 pr. D. de contrahenda emtione: »sed quo casu agente emtore non valet pactum, idem vires habebit jure exceptionis agente venditore" minime intelligenda sunt cum summo Cujacio (Observ. 14. 28): agente emtore et se defendente venditore. (*Tüb. Krit. Zeits.* IV. 251).

IV.

In L. 7 pr. D. de capite minutis lectio Haloandrina: »tutelas etiam non amittit capitis diminutio, exceptis his quae in alieno jure personis positis *non* deferuntur" cum Huschkio *(Rheiniches Museum* VII. 168) probanda videtur.

V.

Uxor civitatem retinet licet maritus eam amiserit.

VI.

Matrimonium per procuratorem, venia ab rege non impetrata, contractum ipso jure nullum est.

VII.

Matrimonium sine libera voluntate initum valet ex ratihabitione expressa, licet tres menses praeterlapsi non sint; si autem statim separati sunt recepta libertate, post quinquennium nullitas hujus matrimonii peti potest.

VIII.

Fidejussor qui accessit obligationi futurae, si moritur ante contractam obligationem, heredes obligatos non relinquit.

IX.

Illi, cui usus rei traditur, ipsius reï detentio praestari debet.

X.

Probatio per mercatorios codices etiam ad rem ipsam porrigi debuit.

XI.

Nomen praetermissum in codice diario probari nequit ex reliquis codicibus.

XII.

Minus probandum quod nauta dimissus probare tenetur, se sine justa causa dimissum esse, ut damni resarcitionem possit consequi.

XIII.

Forocedens amittit administrationem rerum suarum inde ab initio forocessionis; nec obstat art. 770 C. M.

XIV.

Quod status forocessionis, si concordatum comprobatum non est, demum per rehabilitationem finitur minus utiliter constitutum videtur.

XV.

Qui delicti futuri conscius rem magistratui non patefecerit, recte non punitur.

XVI.

Haud probandum quod legislator Gallicus non distinguit infanticidium inter a matre vel ab extraneo commissum.

XVII.

Qui testes subornavit, puniendus videtur, licet falsum testimonium secutum non sit.

XVIII..

Qui jusjurandum ex persuasione religiosâ noluerit praestare, nullum inde damnum pati debet.

XIX.

Non verbi divini ministris, verum ecclesiae competit actio in civitatem de honorario, quod illis promissum est.

XX.

Decimarum praestatio nocet agriculturae.

XXI.

Civitatem definire panis pretium (broodzetting) obstat praeceptis oeconomiae politicae.